

Tractatus II. Caput II.

ad forum contentiosum , dispensare , & in quibusunque casibus occulit , etiam Sedi Apostolica referatis , delinquentes quoscumque libi subditos in Diocesi sua per seipso aut Vicarium ad id specialiter deputatum , in foro conscientia gravitaribus , imposita penitentia futurari . Idem & in heres criminis in eodem foro conscientia existantur , non eorum Vicaris si permisum .] Et hæc pro nefro instituto de Simonia factis , qua raro est Judiciorum Criminalium materia , cum sapientia debet . Solum addo , quod Simonia sit crimen exceptum , hoc est , in quo quisvis , alioquin prohibitus , accusare potest . c. 7. 26. & seq. Nam feminam eorum immutaverunt naturalem usum in eum usum qui est contra naturam . Similiter autem & masculi rectio naturali in sua feminis , exasperant in desiderio suis ad vicem .

Sodomia.

SUMMARIUM.

Quoniam peccata ad crimen sodomie reducantur .
Quoniam penitentia plectendum sit hoc crimen . 576.
An , reo frequentiam confiteat , pena si exasperanda . 577.
Qualiter constare debet de corpore delicti , ut pena ordinaria locis sit . 578.
An in hoc crimine puniatur conatus , opere solum incestuoso . 579.
Quid si Iudeus cum Christiana , vel contra , peccet carnaliter , quomodo puniendi . 580.

575. Omnia criminum Venerorum gravissimum est peccatum quod vocatur Sodomiticum , eo quod propter illud Sodomite fuerint igne de celo misso consumpti . Reducitur autem ad hoc crimen omnisactus Venereus contra naturam commissus , falso unius suppediti cum aliis suppedito , sive si homo , sive brutum , sive humanum cadaver , & sive in eodem , sive in diverso sexu . Dixi saltem . Nam non defini DD. qui molitiem , quam homo fecum ipse exercet , & Latini *Malversationem* vocant , etiam Sodomiticum peccatum esse velint : quamvis communior opinio sit , non comprehendendis illis legibus , quibus pena mortis statuitur peccato Sodomitico , & mox referuntur , sed velit , esse puniendum penitentia extraordinaria , v.g. relegatione , vel fustigatione : communiter etiam DD. post Damhouderum observant , vix unquam hoc delictum ad forum externum pervenire . De variis modis delinquendi sodomitice le-

gatur Damhouderus , quos explicare verecundus calamus abhorret : unde & ipsa leges , ut videmus , terminis trahuntur quam fieri potest modestissimis , sicut & ipsa Sacra scriptura in pluribus locis , nisi quod S. Paulus ad Romanos scribens , utpote qui in hoc crimen obförderant , meritum illis suam turpitudinem in gentilibus explicatiis exprobavat c. 1. v. 26. & seq.

576. **Quaritur I.** Quā penitentia plectendum sit hoc crimen . *rg.* De hac exstare Novellam 77. §. 2. [Precipiuntur , permanentes in predictis illicitis & impensis actibus post hanc admonitionem nostram comprehendere , & ultimis subdere supplicio .] Et lege 3. C. ad L. Jul. de adulto . [Cum vir nubis in feminam viris portectaram , quid cupiatur , ubi lexus perdidit locum : ubi felius etiud , quod non proficit fece : ubi Venus mutatur in alteram formam : ubi amor quaritur , nec videtur : jubemus insurgere leges , armari jura gladio uulto , ut exquisitus penitus subdantur intames , qui sunt , vel qui futuri sunt .]

In Imperio Romano ex Carol. Ord. art. 116. sic habetur . Si homo cum bruto , mas cum mare , famina cum feminam luxuriam exerceat , tui sunt mortis , & ex recepta confuetudine comburendi . Quibus verbis indicatur , esse conluctudinem observandam . Ea autem fetè ubiquis est , ut prius capite plectantur (nisi vel exas vel alia circumstantia excuter) & deinde concrementur cadavera tam agentis quam patientis . Si cum bruto , vivus ipse (nisi ob anima periculum vel ob aliam causam delictum extenuantem gratia sit) & etiam brutum comburitur ; cujus ratio reddi solet , ne illa tam abominandi flagiti memoria apud homines exstet : quod & Sacra Scriptura confessamente est , levit. 20. v. 15. Qui cum pecore coierit , morte morietur , pecus quoque occidatur . Miser que succubuerit qualicunque iumento , sumul interficietur cum eo , sanguis eorum sit super eos .

577. **Quaritur II.** An , si reus confiteatur , le sapientis hujusmodi flagitium commissile , pena vivæ combustionis sit exasperanda per antecedentem aliquam corporis afflictionem . *rg.* Ex communī DD. apud Carpzovium q. 76. à n. 40. Negative . Nam quando infligitur pena atrocissima , qualis est combuſio , non solent penas ob repetitum delictum exasperari , nisi expressa lege id constitutum sit , ut sit in criminis latrociniis , Veneficii , patricidiis : Atqui nihil hujusmodi legitur constitutum in hoc delicto . Ec ita

De Delictorum Speciebus , corūmq; Poēnis.

ita in facti contingencia non semel pronuntiantur Scabini Lipiensis . Quod autem iudicem Scabini noluerint penam exasperare illi , qui in super suam priviganam necaverant , quod ab ea fuerit proditus , mihi non probatur , quia concurredunt duo gravissima delicta , Sodomia & Paricidium .

578. **Quaritur III.** An , & qualiter constare debet de corpore delicti , ut pena ordinaria infligatur . *rg.* Si in flagranti deprehensus est reus , hoc ipsis latus constat . Si homo cum homine confiteatur se peccasse , utriusque confessio sufficit , nam in occultis vix potest aliter confitare . Si vero confesus sit cum bruto se de liquisse , tunc ex quibusdam indicis Judge poterit arbitrari , que tamen difficulter haberi poterunt , nam que refert Carpzovius n. 53. non plus probant , quam crimen attentatum . Raro hujusmodi rei puniuntur , aut ad Judicium veniunt , nisi in flagranti deprehensi , & per reltes convincendi , fatem per unum , qui accedente confessione rei sufficit , alioquin raro posset hujusmodi crimen penitentia puniri . Imò Farinacius tenet , in hoc crimine non debere constare de corpore delicti , quod forte dixit de corpore delicti consumatis , quia presumuntur , nisi contrarium constet .

579. **Quaritur IV.** An in hoc crimine puniatur conatus , opere non consummato , sed folium inchoato . Affirmant cum Jo. Damhudo aliqui , quibus afferuntur Gail . l. 1. de pace publ. c. 14. n. 26. fatem si opus perfecisset , nisi impeditus aut impotens fuisset . Benignior ramen est sententia negans , quam cum Julio Claro tenent Jacobus Menoch . Farina : quos refert & sequitur Carpzovius . Pro qua sententia videatur esse textus efficac . l. 1. §. fin. ff. de extraordinariis criminib . [Qui puer stuprum , abducto eo , vel corrupto comite , perfuerit , aut mulierem , puellamve interpellaverit , quidvè impudicitie gratia fecerit , donum præberit , pretiumve , que is perfudeat , dederit : perfecto flagito puniatur capite , imperfecto in insulam deportatur .] cui deportationi hodie relegatio vel bannum successit . Deinde , licet regularis generalis olim fuerit , ut in atrocissimis criminibus etiaco-natus puniatur , ab ea tempore per confuetudinem generalem catenus recessum est , nisi expresa legge caveatur , & ad summum iusticiam exceperis , que immediate Reipublica sunt permittoſa , ut jam femei iterumque supra memini : atqui in hoc delicto non reperitur expresa statutum , nec immediate est Reipublica permittoſa : ergo nisi alicubi uis habeat contrarium , videtur ordinaria pena non esse locus ; Boerius testatur , aliquem talen fuisse morte puniri .

Consuendo etiam habet , ut casu quo So-

domita bestialis ex aliqua causa mitius quam igne punitur , neque brutum comburatur , sed occidit in medio tollatur .

580. Solet hic incidunt Quæſtio moveri , an si Iudeus cum Christiana , vel Christianus cum Iudea carnaliter peccet , puniendi sint ut Sodomitæ . & si Boerius credimus , Parisis talis est combuſtus . Sed communiter DD. & recte negant , quamvis puniendum sit talis pena illa , que apud veteres fuit adulterii , non quidem semper mortis , sed mitiore : & numeratu inter publica Judicia , ut cuivis licet accusare . l. 6. c. de Iudeis . [Ne quis Christianam mulierem in matrimonium Iudeus accipiat , neque Iudeus Christianus conjugium fortiatur , nam si quis aliquid hujusmodi admiserit , adulterii vicem commisit hujusmodi crimen obtinebit , libertate ad accusandum publicis quoque vocibus relaxata .] Inter hos est impedimentum diximus , quod dicitur : *Dipartita cultus* . sed hac alio pertinent .

Sortilegium. Supersticio.

Vide suprà sub titulo . Magia .

Stuprum.

SUMMARIUM.

Stuprum quando dicatur committi . Aliud voluntarium aliud violentum . 581.
Quoniam sit pena stupri voluntarii . 582.
An per cap. 1. de adulteriis pena Legum Civilium sit correclia . 583.
An ha. pena sufficiat , si puella blanditiis , alioisque fraudibus inducta est . 584.
Cui credatur , si stuprator neget dolum , puella asserat . 585.
Puella nullam injuriam passa an pater agere injuriarum possit . 586.
Quanto tempore durer actione civilis puelle ad obtinendam dorem . 587.
Quid si puella sit vilis conditionis , & inops . 588.
Quid si conjugatus dolose stupravit puellam , an teneatur datur . 589.
Quid si puella nolit stupratorum habere conjugem . 590.
Quid si cum puella convenit de certo pretio . 591.
An stuprator habeat electionem ducenti , vel dantandi , si promisso matrimonio ad stuprum induxit . 592.
Quid si sponsa afferat matrimonium promissum , ille neget , cui credendum . eod .

Ad quam prolixi ex stupro nati alimentationem teneatur stuprator. 593.

Quid si transactum de certa summa, & infans maturus moriatur. 594.

Quis debet alere prolem, pendente lite, an infans sit ex stupro natu. eod.

Si stuprator penam Canonica sustinet, an sacrularis Magistratus possit ad ulteriorem penam procedere. 595.

An puer dolo seducta punienda. 596.

An super stupro liceat transiger. 597.

An pater possit filiam suam culpam stupratam exhortare. 598.

An stuprum violentum puniatur pena mortis. 599.

Quid dicendum de Iure Civili. 600.

An auxiliator pari pena puniendus. 601.

An censendum stuprum violentum, si non persone, sed eadibus vis illata est. 602.

Item si famina fuit in hunc sinum inebriata. 602.

An pena capitis puniendus, qui publicum scortum violenter cognoscit. 603. & seq.

An ex conceptione secuta presumatur indubitate confusus. 605.

Quomodo puniendus, qui puellam necedum viripotentem stupravit non invitam, rupero clauso. 606.

Quid si violenter, & invitam. 607.

581. DE Stupro varia dubia pro foro Conscientia expeditio 10. i. tr. 2. 2. n. 680. sed hic aliqua addenda pro foro Extremo. Stuprum absque rapto factum, in genere, & propter praeſcindit a Voluntario & Violento, est Defleratio illicita Virginis. Quod extenditur ad violacionem Vitae honeste viventis. §. 4. Inst. de publ. Ind. postea referendo.

Stuprum aliud est Voluntarium etiam stupratus, aliud Violentum. De voluntario prius agendum, deinde de violento, quod quidem aliqui, sed male, confundunt cum Raptu, ut bene notat Farinacius.

582. Quaritur I. Quanam sit pena Voluntarii Stupri. &c. i. Jure Canonico confirmatur pena, qua in antiquo Testamento lege divina constituta erat Exodi 22. Deuter. 22. ut stuprator stupratum doceat, & ducat. Sed est intelligendum, si stuprator puellam seduxit. Ita habet cap. 1. de Adulteriis. [Si seduxerit quis virginem, nondum defonsatam, dormierit, que cum ea, dotabit eam, & habebit uxorem. Si vero pater virginem dare moluerit, reddet pecuniam juxta modum doctis, quam virgines accipere consueverunt.] Et quamvis in textu sermo sit copulativus, copula tamen, & per usum resoluta est in alternativam, ut nempe stuprator teneatur puellam vel dotare vel ducere, ita ut et lectio sit penes illum.

Communis tamen & vera sententia affirmit sufficere penam adductam ex Jure Canonico. Nam ibi expressè requiritur Seductio. &

in cap.

Ex eo autem quod non amplius stuprator teneatur copulativus, colligitur, non amplius esse in usu penam, quā Jus canonicum plecit vult illum, qui ducere non vult stupratam, esto vellet ducere. & habetur in cap. 2. eod. ibi. [Nos aliquatenus legis duritiem molientes hō modo disponimus, ut aut quam stupravit, uxorem habeat, aut, si renendum putaverit, corporaliter castigatis, excommunicatusque in Monasterium, in quo agat penitentiam, detrudatur, de quo nulla fit regrediendi, sine preceptione licenciate.]

583. Circa hoc Capitulum dubitatur, an prolegum Civilium (de qua mox) sit correcta. Aliqui dicunt, obtinere solum in terra Ecclesie: alii, obvincente quidem universaliter, sed ratiōne in foro Ecclesiastico. Alii, quos sequitur Carpzovius, p. 2. q. 68. n. 6. putant, correctas esse etiam pro toto Imperio, ita ut etiam in terris Imperii stuprator non alia pena plectatur, nisi ut stupratum vel ducat uxorem, vel ducet. & ita in praxi observari, etiam in foro Saxonico. Solet tamen quandoque reus (quaē Actrix aliud non petet, ut ipse practicari vidi) condemnari, ut infanti ex stupro procreato alimenta praefert, certam pecuniam summam solvendo, & insuper vel pena pecuniaria, vel carcere puniatur; ideo confundito locorum obferenda est.

Ceterum, ut insinuavi, Jure Civili aliter puniebatur stuprum, ut colligitur ex §. 4. Inst. de publicis Judiciis. ibi. [Sed eadem lego Julii (de Adulteriis) etiam stupri flagitium punitur, cim quis NB. fine vi vel virginem, vel viduam honeste vivente stupraverit. Penam autem eadem lex irrogat stupratoribus, si honesti sunt, publicationem partis dimidia bonorum, si humiles corporis coercitionem cum relegatione.] Ratio autem, cur Jura statuerint, etiam in vidua honeste vivente stuprum committi in ordine ad pecuniam ordinariam incurrandam, hac redditum, qui reparatur adhuc in priori matrimonio esse, unde & privilegiis defuncti mariti gaudent, & forum sequitur, ut colligitur ex lege 19. ff. de Jurisdicti.

584. Quaritur nunc II. An sufficiente peccata hucusque relata, si puella blanditis, persuasionibus, promissionibus, & dationibus numerum, aliusque fraudibus & fallacibus ad stuprum inducta est. Bajardus ad Jul. Claram lib. 5. §. Stuprum n. 8. existimat, hoc calu locum habere, quia talis deceptio est instar violentie. Nec multum abest Jus Bavaricum, prout rectul loco citato. n. 698.

Communis tamen & vera sententia affirmit sufficere penam adductam ex Jure Canonico. Nam ibi expressè requiritur Seductio. &

in cap. sequente requiritur expresse Decretio.

Unde non improbabiliter quis inferret, quod celsit omni seductione (qua tam vix unquam desit respectu Virginis, ut notat Berlichini conclus. §. 8. n. 27.) celsaret etiam haec penam, quia non videntur Jura loquuntur de casu metaphysico, & quia non appetit sufficiens culpa in eo, qui virginem ultro fit offertenatur ad stuprum violavit, nam volunti nulla fit injuria: pena autem, ut vel datur vel ducatur, est introducta ad compensandam injuriam factam per deceptionem & seductionem. & ita video sentire alii relatis Berlichini n. 3. i.

Objicunt I. I. 1. §. 2. ff. de extraord. criminib. quem paulo superius tit. Sodoma. retuli. Sed ex contextu patet esse sermonem de violento stupro.

Objicunt II. Persuasio subdola habet vim coactionis, ut ex variis Juribus evincere conatur. &c. Cum Berlichio, procedere illam comparationem solum in civilibus, ad hoc, ut deceptor restituatur in integrum, quantum fieri potest; non item in criminalibus.

585. Quaritur III. Si stuprator afferat, puellam ultrō, absque dolo seductione confessisse, puella vero dicat, si fuisse dolose seductam, cui credatur. &c. Praesumpi pro puella, id enim praesumitur, quod plenamente continet: adeoque nisi stuprator probet, condemnabitur.

Quaritur IV. Si puella quidem nullam passa est in injuriam, an pater puella possit injuriam agere. Affirmant communiter DD. posse petere estimationem damni, & illius quo ob ilatum stuprum caret, quatenus majorum dotoe dare debet, quam si filia stuprata non esset. Hoc tamen procedit, si stuprator portuit hoc damnum prævidere.

586. Quaritur V. Quandonam reus dorem, ad quam solvendam condemnatus est, solvere debebat. Putarent aliqui, non ante solvendam esse, quam puella nupserit. ex quo sequeretur, quod si puella matre mortior, vel maritum non inventat, aut nubete nolit, reus penitus a solutione dotois liberetur. Vera tamen, & recepta sententia est, teneri statim post condemnationem (non statim post illatum stuprum, ut loquitur Carpzovius. 32.) arg. l. un. C. de raptu virg. §. 1. ibi. siue maritum noleat accipere in sua pudicitia manere voluerint, pleno dominio eius sanctius applicari. Ratio etiam est manifesta, quia imponitur absoletus ut pena, & quidem sub disjunctione, ergo sicut si eligatur matrimonium, debetur statim ducere, ita si eligatur solutionem dotois, debetur statim solvere. eamque puella transmittit ad suos heredes, etiam si inupta moriatur.

Christ. Haan. de Judicis. Tom. II.

587. Quaritur VI. Quanto tempore duget actio civilis puella ad obtinendam dorem.

Videris posset durare solum quinquennium, sicut actio criminalis descendens ex lege Julia de Adulteriis, prescribitur quinquennio. Nihilominus communis habet sententia esse perpetuam, sicut alia actiones civiles, quia tamē fundatur in criminali, ex dictis solum ad 20 annos, etiam ipsa actio criminalis solum duret quinquennium, quia solutio dotois non habet praeceps rationem penam, sed etiam satisfactionis pro injuria. Ita videtur reipsa sentire Carpz. 9. 7.

*588. Quaritur VII. An quae dicta sunt, procedant etiam, quando puella est vilis conditionis quoad originem, & inops. Card. Thuscus & Jacob Menoch. lib. 2. arb. 9. cap. 294. n. 17. putant cessare obligationem ducenti vel dantis, & puellæ solum competere actionem injuriarum. Fundantur in lege 13. §. 2. ff. ad L. Jul. de Adul. & in l. 29. in fin. C. eod. Verum, Farinacius, Berlichius, Carpzovius, benè advertunt, has leges non esse ad rem, quia loquantur de feminis vulgaris, hoc est, meretricio more viventes, quod colligitur ex illis verbis: *quas vite vilites dignas legum observatione non credunt.* Unde in operibus facit lex 7. C. de incelsis nuptiis. ubi dicitur: *[Humilem vel abjectam feminam minimè cam judicamus intelligi, quia NB. licet pauper, ab ingenuis tamē parentibus nata sit.* Unde licet est statuimus, Senatoribus, & quibuscumque amplissimis dignitatibus praeditis, ex ingenuis parentibus natas, quamvis pauperes, in matrimonium sibi accipere, nullamque inter ingenuas, & opulentiores ex divitiis, & opulentiore fortuna, eile diffantiam.]*

*589. Quaritur VIII. Si homo conjugatus stupret (interveniente deceptione & seductione per blanditias, promissa &c. ut supra diximus requiri) puellam, an eam teneatur daturare, quandoquidem matrimonium eligere non potest. Respondendum mihi videtur (salvo meliore aliorum Judicio) si puella vel vidua scivit esse conjugatum, adeoque ad matrimonium sibi omnem viam præclaram esse, tali nec ad exigendam dorem. Iu. est, sed solum actionem injuriarum. Ratio est, quia debitum dotois substituitur in casu, quo stuprator non vult stupratum ducere, & non in calum quo casu ducere non potest, & hoc scilicet stuprata, nempe ad matrimonium sibi non patere viam. & huius sententiae videtur esse etiam Carpzovius, qui n. 73. dicit, stupratus hoc damnum suā culpā sentire: sibi enim, inquit, imputet, quod cum tali rem habuerit, quem leviter, maritum sibi effonen posse. igitur damnum sentire non videatur, l. 203. ff. de R. J. *Quod quis ex culpa sua* damnum*

Bb 2

Adammum sentire, non intelligitur damnum sentire. Aliud unque dicendum est, si vel se solutum simulasset, vel feminam talem inculpabiliter iudicasset, vel si dotem promisisset. Ad alimentationem etiam prolixius stupratorum, non est dubium. Idem dicendum est, si stuprator effet stuprare in eo gradu conjunctus, quo matrimonium subfuerit non potest.

590. Idem mihi dicendum videtur, si puella nollet stupratorum (qui eligit matrimonium) habere conjugem. hoc ipso enim censetur amittere Ius ad dotem. supponendo, quod ex consuetudine (de qua supra) non teneatur stuprator copulatice ad ducentam luxorem & dotandam, sed solum disjunctive, ad ducentam, vel dotandam; rollit enim stuprator potestatem eligendi, & consequenter illi censetur penam in eum favorem introductam remittere; quod tamen iterum limitandum puto, nisi haberet justam causam recusandi matrimonium, tunc enim puto, cum teneri ad dotandum (quia ob illatam injuriam tenetur eum servare indecum) saltem eo usque, ut acquirat tam bonum matrimonium, ac si non fuisset stuprata.

591. Quæritur IX. Si stuprator cum puella de certo prelio convenit, an adhuc teneatur vel ducere, vel dotare. **N**egative. Nam in hoc casu puella non decipitur, nisi volens, & quia suam virginitatem ultra venale habet, ac propinde nulla illi sit injuria, nec talis inter honestas puellarum numeranda est, sed potius pro meretricie, hoc est, eligeant vitam meretriciam, & sic in effectu renuntiat iuri & favori à lege pro se introducto, in cuius locum eligit premium.

592. Quæritur X. An stuprator habeat electionem vel ducenti, vel dotandi, si puella matrimonium promisit, & sic ad stuprum induxit. **N**egative, sed teneat determinatè ad eam ducentam, si quidem puella velit. Nam hanc obligationem sibi sua promissione impostrit, quod verum est, etiamsi animo simulato promisit, teneat enim vi illatae injuria ad animalium serum substituendum, ut pater ex dispensatione 10. de Jure privat. tract. 1. & ex dispensatione 3. de Promissione. Ex ideo potest ad matrimonium contrahendum à competente Magistratu (qui est Ecclesiasticus) compelli sicut quisvis alius, qui sine iusta causa recusat impleta sponsalia.

Sed, quid si sponsa afferat sibi promissum matrimonium, stuprator vero negat? **N**on presumptionem stare pro stuprato, & contra stupratorum, quod puella non confitetur suam virginitatem jactasse. An autem in hoc casu si decidendum juvamentum pugnatorum stupratorum, vel potius sponsa suppleritorum, descendenda

est ex dictis precedente tomo de Presumptionibus & de Juramento: Et videndum, an pro stupratore sit aliqua presumptio, v.g. ex disparity conditione.

593. Quæritur XI. Ad quam prolis ex stupro naturae alimentationem teneatur stuprator. Est multorum opinio, quod stuprator non teneatur aere infans nisi post triennium. Fundatur in lege 9. C. de patria potest. in illis verbis: *O remedium alimentorum apud Presidem majori trimo petenti nomine ejus monstratum fore manifesto declarant.*

Verum, Carpzovius bene notat, ex hac legge non probari, quia est textus intelligentius de alimento lactis, cum ante triennium non soledant infans mammam depelli. Prinde bene reolvit, quod si infans intra triennium ablatus fuerit, stuprator alimenta, aliosque sumpus, si quis prater ablationem infans desiderat, suppeditare debeat. Addo ego, quod si mater fortè non posset proprium lac præbete, sed est alia feminam conduceda, sumptus nos stuprator pati debeat. Tenerit autem alimenta submissi proli tamdiu, donec Judicis arbitrio videbitur proles posse ipsa sibi alimenta procurare. Quodsi matruis moriarit, ulterius intutu alimentorum ad nihil tenetur, quia obligatio est affixa persona, ut habeatur leg. 8. §. 19. ff. de transact. ibi. *constat enim alimenta cum vita finiri.* In defectum stupratoris, si forte tantum in aere non habeat, mater teneat infans aere, sufficiet aere prole problematam. Quodsi mater ram inops sit, ut & ipsa egeat alimentis, teneat stuprator & matrem aere, ex regula, quod qui tenet procurare aliquem finem absolute, teneatur & media necessaria procureat ad illum finem. Et ita in facti contingentia judicatum est in Senatu Peadiomano.

594. Quodsi autem matris aliqua est *ca summa* (prout fieri solet) per transactionem soluta, vel adjudicata, vel promissa est, & in eis matruis moriarit? **N**on. Ex consuetudine non edite ad patrem, sed matrem elinquit, tum ob solitum, rum quia certum pro incerto solutum est, & hoc ex natura transactionis.

Quodsi stuprator negat prolem esse suam, ex quod non fucrit virgo tempore copulæ habere, quam fatetur, & hoc in iudicio probare contendat, quis interim pendente processu super virginitatem, debet aere prolem? **N**on. Debere aere stupratorum, quia quidam non probat suam intentionem, stat presumptio pro Virginitate, & quod ipse sit pater.

595. Quæritur XII. An Magistratus debet esse contentus; nec possit ad ultioriem penam procedere contra stupratorum, si is penam Juris Canonici sustinet, & stupratum ducat, vel dotet. **N**on. In hoc esse consuetudinem

attendendam: Plures enim DD. quos referunt & sequitur Berlichinus concil. 38. n. 113, affirmant, integrum esse magistratum, non quidem condonare in penam Jure civili statutam, quæ in miliorum sententia decide in Canonica cum communata est, ut supra dixi, sed tamen posse insuper punire ponat carcens, aut pecuniaria. Illud certum est, ob varias circumstantias posse superaddi penam, v.g. si homo ignobilis nobilem stupraverit, si tutor pupillam sua rutezat aut curæ commissam. Jus Bavarium ex circumstantiis valde aggravantibus, presertim ob conditionem persona violata, vel criminis frequentiam, posse stuprum dol obtentum etiam penam mortis puniri. O.P.lib. 5. iii. 9.4. 18.

596. Quæritur XIII. An puella ita dolenda, vel puniri debet aliquam penam arbitriariæ; quandoquidem in Jure nulla est constituta. **N**on. In hac re fuerunt varii DD. sententia, quarum aliæ sunt per se absurdæ, ut, quod debet in monasterium detrahi, quod cum aliis videtur sententie Tuschii concil. 709. pugnat enim cum eo, quod stupratoris sicut electio, et cum ducat, vel det. Aliæ sunt nimis dura, ut quod debet in media pars bonorum confiscari. Itaque dicendum, eam ad summum puniri posse penam observari solent in simplici formicatione: sed in hoc iterum confundor locorum observanda est.

597. Quæritur XIV. An super stupro licet transfigere. Non est autem quæstio si licet transfigere stupratorum cum stuprati, nam hoc habet quotidiana praxis, & credibile est, aliquando gratum fore Magistratu, factam esse transfactionem, quando puella fuit impregnata; sed quæstio est, an cum accusatore transfigi possit. Ratio dubitandi est, quia ut in tract. de Transactionib. dictum est, super crimine publico non capituli, nec sanguinis penam ingenerante, (quale est stuprum) non licet per iuris transfigere. Nihilominus affirmandum est cum Julio Claro §. fin. q. 58. n. 14. & communis sententia. Rationem reddit Berlichius, quia hodie pena stupri est mutata in penam Juris Canonici, & in materia transactionis potius qualitas penam, quam titulus criminis (quod sit publicum) attendi debet: unde fit, quod cognitio & pena stupri ad inferiorem Jurisdictionem pertinet.

598. Quæritur XV. An parentis possit filiam stupratam stupro voluntario, sicut si fine dolo factum esset, excludere. Ratio dubitandi est, quia in Nov. 111. alibi relata, inter causas excludendi numeratur luxuriosa vita filia. Nihilominus respondetur negative, loquendo de jure communis. Nam dicta Novella re purit vitam luxuriosam electam à filia, (ad quod non sufficit, semel iterumque ex fragilitate sexus laplam esse) & infuper requirit, ut, si pa-

rentes filii offerat matrimonium, illa recusat. Deinde illa pars Novelle communiter intelligitur de illa, quæ elegit vivere vitam meretriciam, ad eoque ex libidine vaga questum facere constituit, & actu ingressa est. Et haec de stupro voluntario.

Nunc de Violento videndum; ac de nique de stupro puelle adhuc impuberis, seu non viri potentes, sive illud fuisse voluntarium, sive violentum.

599. Quæritur ergo I. An Stuprum per vim puella invita illatum, puniri penam Mortis. Et quidem in Imperio, ubi observanda est Ordinatio Carolina, omnino est affirmandum, a. 119. ubi sic statuimus. Si quis honestam personam conjugaram, viduam aut virginem, per vim & invitam actu violaverit, morte punientur. Et quandoquidem in Jure nulla est constituta. **N**on. In hac re fuerunt varii DD. sententia, quarum aliæ sunt per se absurdæ, ut, quod debet in monasterium detrahi, quod cum aliis videtur sententie Tuschii concil. 709. pugnat enim cum eo, quod stupratoris sicut electio, et cum ducat, vel det. Aliæ sunt nimis dura, ut quod debet in media pars bonorum confiscari. Itaque dicendum, eam ad summum puniri posse penam observari solent in simplici formicatione: sed in hoc iterum confundor locorum observanda est.

600. Difficilis est, quid sit secundum Ius Civile dicendum. Prima sententia docet, non esse constitutam penam mortis, sed solam penam legis Jul. de vi, quæ est deportatio (qui hodie successit relegatio) & publicatio omnium bonorum, si violentia fiat cum armis, si vero sine armis, publicatio tertie partis: ut infra suo loco dicitur. Ita habet valde communis sententia, quam etiam sequitur Fachingus lib. 9. contr. 101. Myri. Menoch. Farinacius, Decianus, & novissime Ladwel. in §. 4. Inf. de publ. Jud. quorum autoritatem feceris fin. to. i. tr. 2. n. 697. & ob raptorum virotum gravissimam auctoritatem est utique sententia probabilis, & fecerit eam Judei, lequi potest, ubi in hoc puncto Juri civili statut.

Affirmativa tamen sententia est æquæ communis, cuius AA. videre licet apud Berlichium concil. 41. n. 20. Inter quos sive Clarus, Thulus, Gilhusius, Harpiche, Berlichius, & RR. communiter. In referendis argumentis utriusque partis (quæ apud Berlichium videtur polluntur, non immotor, quia habemus rem in Imperio defensam). Extra Imperium suaderem Judicii, ut minorer sequetur, quia non existant texus factus clar, nam inveni possunt de stupro conjunctio cum rapto.

601. Dubitari potest, an sic auxiliatores Rapporti parti penam cum rapto puniuntur, ita etiam auxiliatores stupri violenti pati penam puniendi cum ipso stupratoro, qualis casus non ita pridem ad Senatum Academicum delatus est. At-

firmat Berlichius n. 29. adducens legem 14. C. de Episc. & Cleric. suprà relata. Verum illa lex exp̄s̄ loquitur de Raptu, & ipse Berlichius prius n. 13. recte docuerat, argumentum affirmativum à Raptu ad Stuprum non valere, ita ut quæ obtinente in raptu, procedant etiam in stupro violento, quia Raptus est maius delictum. Quare in hoc non videtur loqui consequenter. Nec Ordinatio Carolina siam ponam extendit ad auxiliatores.

602. Quæritur II. An censendum sit stuprum violentum, si quis non ipsi persona, sed v.g. adib⁹ vim infestat, intrumpendo & perfurando, ut ad puellam perveniat, quam tamen non invitam cognoscit. Affirmat Iheras; & aliqui etiam hoc extēndunt ad eum, qui honesta matrona fenebris scalam applicat. Negandum tamen ex communī DD. Nam iura loquuntur de casu, quo puella est invita, & reluctando se defendere non potest.

Quari posset III. An violentum centeri debet stuprum, si famina fuit in hunc finem inebriata, ut stuprator faciliter admittetur. Videtur jus Bavarium hoc potius adnumerare stupro non violento. Sed, meo iudicio, est intellegendum de ebrietate non penitus impeditre apprehensionem naturalem honestatis, nec protestat omnimodam resistendi. Nam talen ebrietatem, quæ hanc potestatem tolleret, & puellam quasi dominientem rediret, si quis procuraret in puerula honesta, de qua moraliter certò constaret, eam omni conatu restituunt fuisse, nil dubio, quia stupro violento efficit annumerandum, & hoc vel maximè Jure Bavario, quod poculum amatorum numerat inter stuprum violentum, sive, ad puniendum stuprum eo modo quo puniuntur violentum.

603. Quæritur IV. An penā capitatis puniendus sit, qui publicum scortum violenter cognoscit. Et imprimito loquendo de illa, quæ quidem publicum scortum fuit, sed ad frugem rediit, & notoriè honestam vitam instituit, merito ex communi DD. talis stuprator penā capitatis puniretur. Nec quemquam moveat, meo iudicio, debet, quod in Ordinatione Crim. Carol. fiat solū mentio conjugata, vidua, & virginis. Nam talis potest anumerari ex mente Imperatoris viduis.

604. Loquendo vero de ea, quæ adhuc in quærendo quæstū ex scortatione perdurat, vel, quod pejus est, gratis se omnibus exponit. Attentā Ordin. Carolinā talis stuprator, vel violator violentus, non puniretur penā capitatis, quia requiritur ex parte violata, ut non laborer infamia. Spectato etiam Jure Civili id ipsum dicendum est per legem 39. ff. de furtis. ibi. [An tamē vel Fabia (lege) teneatur, qui suppressis scort-

tum libidinis causā, & non puto teneri.] Et l. 29. in fine. C. ad L. Jul. de Adult. ibi. [Haec autem immunes à Judicaria severitate, & stupri & adulterii praetentur, quas virtus Vilitas, dignas legum observationē non credit.] Sed non est, quæ pluribus in hoc probando laboremus, cū vix contingat, ut scortum publicum resusat amore honestatis, sed solū amore majoris forti quæstū obtinendi. Hinc autem mihi non probatur extensio, quam facit cum aliis à se citatis Berlichius, n. 61. ad eam, quæ non est publica metetrix, ab alio tamen jam cognita in secreto, revere enim talis nequid laborat infamia, ut supponitur: quod secundum Ord. Carol. sufficiat, ut stuprator puniatur pena mortis, si per vim opprimit, quod ipsum etiam juri communī conforme est, per argumentum à contrario sensu, cū loquatur de notorio scorno, ut patet ex lege relata.

605. Quæritur V. An ex eo quod feminina ex coitu conceperit, presumatur indubitate, feminam non fuile invitam adeoque nec vi oppressam. Affirmat cum quib⁹dam Berlichius n. 74. & hanc dat rationem, quia ad conceptionem requiritur emulo spermati utriusque, quæ fieri non solet, nisi voluntas & appetitus mulieris accedat. Hacten ratio eti⁹ aliquid habebat probabilitatis, non tamen potest facere indubitaram (ut loquitur auctor) presumptionem: nam flante omnimodā relutanter voluntatis rationalis & sensuīs, potest excitari appetitus irrationalis & sensuīs, illamque emissionem etiam in initia cauſare. Si ergo pro feminā starent alia indicia honestatis constantis, non dubito quin efficit admittenda ad Juramentum, sicut alia, quæ non conceperit.

606. Quæritur nunc specialiter, quomodo puniendus sit, qui puellam nequid viti potenter, hoc est, nequid duodecim annorum stupraverit rupto virginali clauso, absque violentia tamen, hoc est, non invitam. 62. De hoc exflare textum apertum in lege 38. §. 3. ff. de penis. [Qui nondum virgintates virginēs corrumpunt, humiliores in metallum damnantur, honestiores in insulam relegantur, aut in exilium mittuntur.] Quia vero hodie damnatio in metallum non est in usu, ejus loco quid humiliores est conditionis, fūstigantur, & in perpetuum relegantur. Quo textu reicitur distinctione Iuli Clari inter conatum & inter effectum seu stuprum consumatum, ita ut in priori casu sufficiat condemnatio ad tritemus usque ad decennium v.g. posteriore casu pena ultimi supplicii locum habeat. Sed non adducit aliquid Jus, nec etiam asterit hoc esse Juris, vel solū, hoc esse suum votum. Deinde non iatis se explicat, an loquatur de stupro non violento, vel violento. Tinde etiam affert valde diver-

De Delictorum Speciebus, corūmq; Poenis.

199

diversa præjudicia: nam Consilium Neapolitanum condemnavit ad tritemus in septenium, & ad dotandum. item aliis fuit capite plexus, qui fregit pudibunda puellæ needum quatuor annorum. contra alios qui puellam quinque annorum violaverat, fuit condemnatus ad tritemus in decennium. Jo. Faber dicit, quod de confusitudine tales suspendantur, quod etiam dicit Zetzus.

607. Minor est difficultas, quā poena sit afficiendus, qui impuberem violenter & relutanter stupravit. Rejectis variis nec bene fundatis opinionibus, adeoque nec probabilibus, cum communī afferendum est, talem esse penā mortis plectendum. Probatur. A minore ad maius. Nam, ut vidimus, qui violenter stuprat virtpotentem, ultimo supplicio puniuntur, ergo multò magis, qui impuberem. Nam hujusmodi stuprum, experientiā teste, non raro est conjunctum cum periculo vita stuprata. Confirmatur exinde, quia utique multò majore penā afficiendus est, qui stuprat cum violentia, quām qui sine violentia: atque iste punitur damnatione in metallum: & proximus huic poena gradus in Jure est pena mortis. ergo &c. Sed hæc satis in hac materia, in qua plura investigantia, quibus lubet, præfertim an requiratur fractura, quod negat Berlichius n. 41. nec male. quia leges maximè volunt punire violentiam, adeoque conatum.

Terminus motus.

Vide suprà tit. *Limitum translatio.*

Vis publica atque privata.

S V M M A R I V M.

Quomodo differat Vis publica à Vis privata. 608.

Quia poena huic delicti constituta. 609.

Exempla vis private. 610.

Exempla vis publica. 611.

Quia manus amputanda. 612.

Quidam iam unam prius amputat. eod.

Quamvis, ut suprà dixi, omnis violatio

pacis publicæ sit etiam vis publica, non

tamen econtra. Nam plura requiruntur ad in-

currēdām penā pacis, quām vis publi-

ca, ut ex ibidem dicitur loquitur.

Loquendo ergo de Vis publica prout minus

est, quām violatio pacis publicæ, ejus differentia

à vi privata est, quod sit vis arms seu armata manu illata, vis privata autem sine arms. De vi publica & privata exstant tituli ff. & C. ad leg. Jul. de vi publica & privata, ubi varia species referuntur.

Accuratiū distinguit vim publicam & privatam Ant. Perez. Vis publica, inquit, est, quæ cum arms & violentia committitur vel à persona publica, vel in personam publicam, vel quæ violat Jus publicum. Vis privata est, quæ sine arms patratur à privata persona, in privatum, sine Juri publici violatione. Hodie tanDEM, Carpozio, Vis publica à privata ex arms discernitur.

609. Quod ad poenam attinet, in Jure Vi publicæ constituta erat poena deportationis, cum bonorum publicatione. Vi privata verò conficiatio tertie partis bonorum, quam comitabatur patratio omnium honorum & dignitatum. Sed hodie ex consuetudine poena urruisque est arbitria, nisi concurret alia species delicti ex supra recentis, ut rapina, homicidium, &c. tunc enim hujus specialis criminis, in quo vis tanquam quid generalis, imbibitur, poena locum habet: his autem seclusa, poterit Jus ex qualitate delicti infligere poenam v.g. fūfigacionis, re-legationis, amputacionis manus, pecuniariam; imo, si Petezio credimus, etiam ad ultimum supplicium perveniri potest, quod ramen non cuivis Magistratū competere potest, sed cui jus gladii & imperium competit.

610. Exempla vis privata in allegatis talius varia referuntur. v.g. si quis ex naufragio dolo quid rapiat, lucrandi scilicet animo: si nauis vim faciat: si convocet homines ad aliquem percutiendum, vel ad aliquid auferendum ex alterius bonis: si quis vi impedit, ne quis in jus producatur: si quis Servum alienum torquet: si quis aliquem privatā auctoritate ē possessione deiciat, bona debitoris occupet, &c.

611. Exempla vis publicæ sunt. Si quis turba faciendæ causâ confilium ineat, & armatos domineat: aut convocatis hominibus armatis vim faciat aliqui ad eum pulsandum: si villas expugnat, & armis bona rapiat: si quis aliquid ex incendio rapiat: si quis armis metum incutiat ad aliquid faciendum, aut Justitiam impedit: si quis nova vēctigalia exercitat &c. quorum exemplorum Jura non referto, quia facile per se intelliguntur & hæc & his similia, quale est, si quis armis aggreditur aut invadat Vigiles nocturnos, vel diurnos, & in excubibus stantes: (quod in Academis non est infrequent) si quis armis in alterius aedes irruit. Item si quis hostili animo aliquem adoritur, & percutit armis in loco publico seu privilegiato, veluti in castro, palatio Principis, in Curia civitatis:

tis : quales solent quandoque manus amputatio puniri.

612. Circa manus amputationem soler dubitari , quemam manus amputanda sit. Et communis habet sententia (nisi vel Ius vel consuetudo aliud habeat) illam esse amputandam , qua minus utilis est reo.

Dubitatur ulterius : quid si jam unam manum ante amissum. Aliqui rigidi volunt , nihilominus alteram esse amputandam. Alii distingunt , an priorem manum ex culpa amiserit , vel sine culpa . & si quidem ex culpa , esse alteram manum quoque amputandam , ne ex suo delicto lucrum reporteret. Quia tamen sententia multietiam dura videtur. Nam secunda manus amputatio est pena longe gravior , quam unius & primae manus amputatio , ut per se pa-

ter , & declarari posset in oculis. cum ergo primo delicto manus amputatio fuerit pena proportionata , non debet ob secundum delictum maiorem penam pati quam alius. Quare verius & mitior , adeoque in re dubia semper Judici suadenda sententia est , tunc abstinentum esse à manus amputatione , & hanc penam in aliam commutandam.

Usura.

DE hac plenè auctum est in to. 3. tract. 9. de Jure privat. cap. de Mutuo.

Atque hæc de Generibus Delictorum , que ad Causas Criminales in Forum iuris spectant , eorumque Penalis.



R.P. CHRISTOPHORI
HAUNOLDI
E SOCIETATE JESU
CONTROVERSIARUM
DE
JUDICIIS
ET
PROCESSU
IN CAUSIS CRIMINALIBUS
TRACTATUS III.

DE
PROCESSU CRIMINALI.
CAPVT I.

DE PROCESSVS CRIMINALIS
OBJECTO ET DIFFERENTIIS.